

6. *In tenebris sedeo, & lumen caeli non video.* Quod idem est in oculorum sensationis privatione; usufruunt diversimodò affectionis cæcitate: igitur ita propendit in dilecta, & averfatur non propria; ut in lumine coelestes dotes non videat, & in tenebris lumen, quod non videtur, discernant.

TAUTOLOGIA DECIMA.

*Tradens tradet illos Deus.* Fol. 523.

AUCTORITATIS PERIPHERASIS.

1. *Tradens tradet illos.* Deus in iugulum, dicit Achior, si fuerit modò peccatum. Locat profectò gladio penas, si intervenierit iniquitas: etiam gratia fomit penas; quandoquidem offendentium maiora vulnera à gratia.
2. *Tradens tradet illos* in dolorem ex dolore: sicine in luxuria latent insidia: etenim quos semel impulit; non dolore, sed blandimiae in mortis dolore tradit.
3. *Tradens tradet illos.* Saepe pena medicina: & ubi peccatoribus à caelo infligitur pœna; non traduntur, ut tradantur; sed ut curentur.
4. *Tradens tradet illos.* Dolor fugiendus & doloris periculum. Perperani qui quaerit fugit, quin possit iure queri de quo doler; quoniam ubi cautè non removetur occasio, in dolores dolens trahitur à semetipso.
5. *Tradens tradet illos.* Amor Christi uti eximius exponitur, dum morti traditur: etenim eximia in amore fides, ubi se tradidit, ne traderentur homines.
6. *Tradens tradet illos.* Tormentum videtur, quod homo patitur: fallit domo, cum dulcis amaritudo: & dum traditur pœna, nullatenis tractu traditur ad pœnam; igitur æternum pondus operatur in gloriam.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

*In contemptu superbia sua Deum Israël contempfit.* Fol. 579.

AUCTORITATIS PERIPHERASIS.

1. *In contemptu superbia sua contempfit:* verum contempfit non valuit. Initur certamen, sed in vincens pudorem: igitur amiffa à victore victoria; virtute iacuit vulnerata superbia.
2. *In contemptu superbia contempfit.* Aliquid planè sine contemptu contemnitur, ubi in contemptu contempfit etiam signatur. Utrique, obijcitur iustitia falsa & superbia, simulque charitas integerrima iustitia: equidem correptione delinquentis peccatum plectitur; verum flamma charitatis designatione servatur.
3. *In contemptu superbia contempfit.* Si superbia, gloria; ex mundi contemptu gloriosa superbia; igitur anima exaltatur, quum mendaci fastus opprimitur.
4. *In contemptu superbia Deum contempfit* diabolus, inhonoratà Deitate; sed iniuria vindicatur ab homine: etenim Bernardus in superbia contemptum humiliavit, qui contemptu superbiae Numen contempfit.
5. *In contemptu superbia.* Sine superbia est contemptus, ubi sibi, qui excessus, videtur nullus: siquidem si superbia ex gloria visas; maxima profectò gloria, si contemnitur superbia.
6. *In contemptu superbia Deum Israël contempfit.* Obijcitur clades peccatoris oblatini, etiam vulnerum vexatione, qua Deus medicus per dolorem, illum conatur revocare in sanitatem. Doloribus vocat, sed nec sic revocat; quo peccator sine pœna relinquitur, ut in pœnam relinquitur: igitur Deus medicus, quia illufus, non dignatur faucium vifitare ut medicus, imò contemtus relinquit; quia agratus lethaliter illum superbè contempfit.

DIDASC. 6. *Affectionis amor, non amor, sed furor.* Fol. 516.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Gratia in hostile pectus minime gratia, sed vulnus.* Fol. 541.

DIDASC. 2. *Comes voluptatis dolor.* Fol. 547.

DIDASC. 3. *Quos caelum vulnerat, vulnere rando sanat.* Fol. 553.

DIDASC. 4. *Venerem fugabis, si Venerem fugis.* Fol. 559.

DIDASC. 5. *Triumphus Christi ante pugnam, & victoriam.* Fol. 565.

DIDASC. 6. *Sub specie doloris, felicitas beatitudinis.* Fol. 573.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Triumphus virginum martyrum ex victoria tyrannorum.* Fol. 593.

DIDASC. 2. *Prudente summitas, ubi incorreptione delinquentis latet charitas.* Fol. 600.

DIDASC. 3. *Quae mundo spectabilia, spectanti virulenta.* Fol. 607.

DIDASC. 4. *Sensus Bernardi superiorem sensus.* Fol. 613.

DIDASC. 5. *S. Franciscus, quia minus, maximus.* Fol. 625.

DIDASC. 6. *Pessimum signum, peccare, & impanè exire.* Fol. 631.



TAUTOLOGIA PRIMA.

PRÆCEPTUM, QUOD PRÆCEPERAM.

3. Reg. 2. v. 43.

EXPOSITIO LITERÆ.



NOXIOS Nonnunquam sequitur vindicta à tergo, ut vel proprijs consilijs in sua fata raant. Possunt aliquando fortuna comite esse inter discrimina liberi, sed nunquam tuti. Ac si tati, non securi.

Ideo (inquit Seneca, *Epist. 97.*) non prodest latere peccantibus; quia latendi etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent. Ita est: tuta scelera esse possunt, secuta non possunt: prima & maxima peccantium est pœna, peccasse atque ullum scellus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vinatet, impunitum est; quoniam sceleris in scelere supplicium est. Hec & alia secunda pœna premunt: timere semper & expavescere, & securitati diffidere. Hoc incuit à Salomone adducitur in urbem impius & proax Semei, qui habitabat in Baharim, indulgentia Davidis, est reus mortis, propter opprobria illi fugienti filium, obiecta (que dicitur *Maledictio pessima*, 3. Reg. 2. 8. & à Chald. & Hebr. *Maledictio amara* & dolorosa: ita observat Hieronym. hic in *traditione*) aggravato crimine maiestatis læsæ; & quia læsus innocens, & vilis nocens, persequens percutum, fingensque, ut plus punctus doleret, opprobrium. Queritur vel nocens ita læsus, in *Ibid.* v. 7.

Unus (& hoc ipsum est iniuria magna) perennem Candoris titulum non sinit esse mei. Vulneraque immittis requiem querentia vexat. Iactat & in toto crimina nostra foro.

Nititur ut profuge desint alimenta senectæ: Heu, quantum est nostris dignior ille malis!

Siccine, pro vita indulta mortis pœna, Salomoni commendaverat David: quod quidem solvitur antilogia, 2. Reg. 19. 23. ubi à Rege Semei dicitur: *Non morieris*: & hic v. 9. *Deduces canos eius cum sanguine ad inferos.* Si ampliora desiderantur, consulendus Abulens, loc. cit. 2. Reg. *quæst.* 26. Lyan. Caietan. & Sanctius, num. 1. t. Occurrit gravissimum superioribus documentum, ut munda sit à nota ultionis conscientia, maxime in iniuria privata, simulque publica scelera ne maneat in exemplum sine vindicta. Si David fecisset, quod filio iamiam moriturus commendavit; hand criticorum fugeret notam, quasi occasiones quæreret in vindictam; dareturque dedecori, vel in regio cul-

Tutam pœnam esse precatum, sed non securum Senecæ.

Ovid.

Politica agendi ratio aliquando necessaria in plectenda crimina.



mine; quod private iniuria Regis paterent ultioni: igitur nequaquam male affecti in- tendunt in damnati meritum, sed in supplicium: filioque David ultionem prudentis- sime commendat, quam iustitia iure postulat; ut compescatur impudentis audacia; & conscientia fontis punitione sit illæsa: etenim per alium iudicem plecebatur crimens; quasi tanquam iudicem, in iudicio incusaret proprium amorem. Ni Superior proritam auctoritatem vindicet Superioris, cadet in ruinam tota machina regiminis: male feriati subditi (Superiorum audaciam iuvante benignitate) cuncta vel gloriosa maculant, do- minationem spernunt, & maiestatem blasphemant, sulti facilitate indulgentiæ, ac digni- tatis decore, qui quidem languet; modo qui læsus iniuriarum è folio vindicet: munusque ultionis alteri Superiori commendatur; ut in regimen prudens iustitia mansuetudine ordinetur: etenim obviâ occasione, remissa iniuria privata, punitione floreat vindicta publica.

3 Cur igitur Salomon dum Semei sanguinem fundere intendit, quasi in præ- mium in regiam adducit; prudentiæ solertis munus fuit, ut Semei moreretur, priusquam violenta veniret mors. Sciebat Semei peccasse. Tu nosti (dixit illi Salomon) omne ma- lum, cuius tibi confisum est cor tuum. Malum dixit, sed quale tacuit ob reverentiam pa- tris, & delicatam auctoritatem muneris: igitur habet pudori, vel posse ostendi. Impro- bus Semei erat: ipse noverat. Maxima fontis pœna, peccasse, & peccasse scire, etiam ab alijs cognosci. Dat pœnas, quisquis expectat: expectat qui meruit; expectata timeet, & conscientia timore, etiam non deprehendatur, cogitat posse deprehendi. Sceleris est in sce- lere supplicium: formidat alijs obijci in exemplum. Aliquando sine pœna latet crimen, sed à metu fortuna liberavit neminem. Diffidit securitati, sicque Semei circumdatur urbes ut mortis perpetuæ pramatur cruciati, quia semper erat sub iæu. Hinc industriè, propo- sito iudicio capitali, interdicitur reditus in patriam, uti occasio præcepti & prior in ruinam. Id videbat Salomon (inquit Sanctius hic num. 58.) à Semei minus observari posse. Absentiori, sed alio intuitu cognita à Semei futilitate præcepti, facili transgressiois excu- satione: maxime quia qui de primo tanto crimine veniam obtinuerat; de inanitate tran- situs Cedron indulgentiam, vel prætermissionem sperabat: pater ex reditu de Geth in ur- bem: etenim abiens nequaquam rediret, si capitis periculum ex abitu cogitaret. Ita ergo edixit Salomon: Quacumque autem die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum. Hispanice: Tu alma en tu palma; en tu mano estâ tu vida.

4 Arbitror, quodcumque in re qualibet improbo Semei præceptum, ab illo non obser- vandum, Genius & indoles maligna naturaliter tendit in scelera. Lucandum illis nefas: ait Plin. lib. 14. cap. 22. & Perſius Satyr. 3. v. 41. Imus, imus præcipites. Cognoscunt præcipitum, sed eunt, & nequaquam quæ eundum; quippe lucerna im- piorum peccatum. Apposuit Seneca, quod dudum: Id (inquit) præviâ consuetudine evenit. Res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit. Non primum iter est tantum ad vitia; sed & præcepti; & quod plerisque inemendabiles, facit. Omnium aliarum artium pec- cata artificibus pudori sunt, offendantque deerrantem: vitia peccata delectant. Omnibus crimen suum voluptati est. Ad deteriora enim facilis, quisquis inolitus premitur vitij. Vix impiorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini persequens eos. Quia non pro- fertur citò contra malos sententia, absque timore ullo perpetrant mala: inyrecediuisque leges voluptuosè transgreditur; ex eo quod peccator facit malum, & per patientiam sustentatur. Sic ludentes peccant, & quia latet supplicium, omne perplacet nefas per iocum.

Stat. Sic omnia casum Fecimus, & vires auxit fortuna nocendi. Ut succinit Statius, 6. Thebaid. v. 934. At cum iustitia in pœnas nocentes urgeat, deiecit arte, dum allevat: iugulatque gladio confidentiæ pravo, quos in lubrico collocavit quasi in tuto propter dolos.

Cleobul. Felix criminibus nullus erit diu. Dixit Cleobulus apud Aufon. in Sapien. Iudo, num. 229. Ita Semei pœnas luit, qui felix criminibus floruit. Indixit illi Salomon, ne transiret torrentem Cedron, quod quidem capitale decretum prætergressus est Semei, cui ad se vocato dixit: Nonne se- nſificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi: Quacumque die egressus teris huc & illuc, scito te esse moriturum? & respondisti mihi: Bonus est sermo, quem audivi.

Qua-

Quare ergo non custodisti iuramentum Domini, & præceptum quod præceperam tibi? Hæc extrema periodus est Tautologiæ præsentis argumentum, ex cuius ex- positione clarebant alia affinia testimonia, eodem stylo gaudentia, ut Psalm. 7. 8. Jerem. 35. 16. & Actor. 5. 28. Aliquid insigne in geminatione intenditur. Non enim in Scriptu- ra vacua verba, & in casum prolata, ut ille alius de Atticis dicebat apud Aufon. loc. cit. num. 221.

Quàm pauca, quàm diu loquantur Atticis Unam trecentis verſibus sententiam.

Non apices, non litera (ait Chryſolog. serm. 146.) non syllaba, non verbum, non no- mina, non persona divinis vacua sunt figuris. Euthym. in Psalm. 39. vers. 2. Repeti- tionem (inquit) frequentissimam esse apud Hebræos, & significare mentis intensiorem. Idioma est linguæ ad maiorem intensiorem, & validiorem sententiæ confirmationem. Non secus Tomis prioribus vidimus, simulque in sequentibus videbimus. De præ- ceptis & illorum divisione fufè egimus, Tom. 4. Tautolog. 2. recurrendumque est ex D. Thom. 1. 2. quæst. 99. art. 5. In lege ponuntur aliqua tanquam præcepta, aliqua verò tanquam ad præceptorum impletionem ordinata. Præcepta quidem sunt de his quæ sunt agenda; ad quorum impletionem ex duobus domo inducitur: scilicet ex auctoritate præ- ceptantis, & ex utilitate impletionis: quæ quidem est consecutio alicuius boni utilis, de- lectabilis, vel bonæ; aut fuga alicuius mali contrarij. Auctoritas præceptantis facit præceptum ultimæ necessitatis, quæ in Prælatorum institutione constituit, ut ait idem Doctor Angelic. cap. 1. Opus. 61. sicut præceptum primæ necessitatis, sine cuius impletionem Dei maiestas non salvatur. Brevius: Aliud præceptum est naturale, & aliud positivum. Illud præcipitur, quia bonum; hocque præscribitur bonum, quoniam præcipitur. Modò in institutum.

6 Variæ sunt acceptiones præcepti: equidem huiusmodi vox significat aliquan- do legem, aliquando decreta, iulla, imperia, instituta, documenta, ordinationes, dice- ctiones, regulas, cohortationes, & denunciationes: quæ quidem, quia observari con- gruit in utrumque, designantur absolutissimâ voce præceptorum. Singulariter accipitur vo- ce præcepti summa Dei potestas, præut fuerit eius voluntas: igitur ut summa, eius voluntas potentia. Est operatio creaturarum vel secundum ordinem naturæ, vel secun- dum ordinem divinæ potentie. Quælibet enim creatura in operationibus & ad opera- tionem præter inclinationem, quam habet in esse proprium, & sui bonum; gaudet ampliore ac fortiori propensione in suum potentissimum Auctorem, à quo illud esse accepit, & sine quo peribit. Duplex enim est in creaturis potentia passiva: Una quidem per comparationem ad agens naturale (ait præf. Thom. 3. part. quæst. 11. art. 1.) illa vero per comparationem ad agens primum, quod potest quavis creaturam reducere in actum aliquem alioverum actu, in quem reducitur per agens naturale: & hæc consuevit vocari potentia obedientia in creatura: de quo DD. Theologi hic, etiam quæst. 1. art. 3. in 4. distinct. 8. quæst. 2. art. 3. sed præ omnibus Eximius Suarez, in 3. part. quæst. 13. art. 1. Disp. 31. sect. 4. 5. & 6. Unde Augustin. lib. 9. de Genesi. ad iter. cap. 17. Super modum (inquit) cursuque rerum naturalem, potestas Creatoris habet apud se posse de his omnibus facere aliud, quàm eorum quæst. seminales rationes habent: non ta- men id, quod in eis posuit, ut de his fieri vel absque ipso possit. Neque enim potentia temeraria, sed sapientia virtute omnipotens est: & hoc de usquaque re in suo tempore fa- cit, quod ante in ea fecit, ut possit. Aliqua sanè haud esset omnipotens, quia non posset facere in creatura, nisi quod facit. Ordo naturæ ei subijcitur, utporè ab eo procedens, & ad voluntatis arbitrium; quod patet: etenim instituire potuit alium ordinem rerum; & cum voluerit, agere potest ad libitum præter naturalem præsentem ordinem institu- tum; quin fit contra, vel invitâ naturâ, aut eius potentia temeraria: quandoquidem, ut inquit Augustin. lib. 26. contra Faust. cap. 3. Quid sit secundum naturam, quid contra natu- ram homines nosse non possunt. Deus autem Creator, & conditor omnium naturarum, nihil contra naturam facit. Id enim erit cuique rei naturæ, quod ille fecerit, à quo est omnis modus, numerus & ordo naturæ.

7 Quicquid contra usum notum præsentis ordinis in natura, dicitur in re- bus obediencialis potentia tant activa, quàm passiva: quæ quidem nihil aliud est in re- bus quàm ipsæmet rerum entitates cum virtute seu potentia ad operationes, ut Dei instrumenta; cuius obiectum est effectus agentis principalis, ex cuius virtute instrumentum taliter operatur, & opus perficitur: nec ideo res creata potest in miracula & portenta; Tom. VI, A 2 quia

3. Reg. 2. 44. Maiestas habet pudori, vel posse ostendi.

Sanct.

Verſ. 37.

Plin. Perſ.

Prov. 21. 4. Gravis con- ſuetudo pec- cati. Senec.

Eccle. 8. 11. Impellit transgreſſo- res in pe- nam.

Stat.

Cleobul.

Geminatio- nis inſeritio gravis.

Aufon.

Chryſolog.

D. Thom.

Discrimina præcepti natu- ralis & poſitivi.

Acceptiones præceptorum.

Pro Dei vo- luntate, ſua potentia.

D. Thom.

Quid poten- tia obedientia- lis in creaturis. Auguſt.

Idem.



In operatio-  
ner extra ob-  
minem or-  
dinem, rei  
create sunt  
in strumen-  
ta principa-  
lis agentis.  
Plutarch.

quia illi in hæc modus agendi, & concursus in mira necessarius, nec naturalis est, nec ordine debitus. Elevatur enim in effectus à Deo, qui est principale agens: diciturque potentia obedientialis capacitas huiusmodi elevationis. Certum est notitiam præcepti, quæ dicitur promulgatio, necessariam esse in præcepti adimplerionem. Nulla sanè promulgatio, aut denuntiatio potest fieri; ubi qui urgentur in obedientiam præcepti, careat ratione: quæ de causa Xerxes iurè habitus demens & furiosus, dum præcipiebat rebus inanimatis & irrationalibus: de quo Seneca de Constant. sapient. cap. 4. Plutarch. 1. de Fortun. Alexand. qui libell. De non irascendo, insit: Xerxes etiam aequori stigmata & verbera inflixit, atque ad montem misit epistolam: Noli divine Atto, qui nubes attingis vertice operibus meis præbere lapides vastos & parium tractabiles: alioquin te scindam, & in altum proieciam. Ita montem perfodisse, asserit Ludovic. Nonnius in Græciam Goltz. Tabul. 24. & Plin. lib. 4. cap. 10. Montem Alton Xerxes rex Persarum continenti abscondit in longitudine passuum M. cccc.

Cum Medi irrupere novum mare, cumque iuventus  
Per medium classi Barbara navit Atbon.

Accinit Catull. Carm. 67. vers. 45. idem Propert. lib. 2. eleg. 1. vers. 22. Lucret. lib. 3. à vers. 1033. Lucan. lib. 2. vers. 672. Æmil. in Themistod. Iustin. lib. 2. Histor. Valer. Maxim. ex Herodoto, Gravem (inquit) & mari & terre Xerxem: nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes, & celo tenebras minitantem. Ipse Herodotus in Polyam. alia gesta regis solidissimi addit. Cum audisset (ait) classem quassatam; indignè ferens, insit trecenta Hellesponto verbera inijci, & in eius pelagus compedes demitti: & audivi, missi quoque cum bis etiam qui stigmata Hellesponto inirent. Iuvenalis, Satyr. 10. à vers. 179. refert & ridet, dum Xerxes animam moribundo corpore fudit.

Ille tamen qualis redijt Salamine relicta  
In Corum, atque Eorum solitus seviræ flagellis  
Barbarus, Æolio nunquam hoc in carcere passus;  
Ipsam compeditibus qui vinxerat Ennosigæum: Neptunum.  
Mitius id sanè, quod non & stigmatè dignum,  
Credidit.

Dignum credidit, ut vidimus, superbiâ & amentia inflatus, uti dicitur de Antiochô Epiphane, cogitante contingere sidera cæli. 2. Machab. 9. 10. & apud Plutarch. 2. de Alexandr. Fortun. Lyfimachus tumens legatis dixit: Nunc cum cælum lancea attingo, Byzantini ad me ventiant. Insolentiam compescuit Pasiades Byzantinorum nancius, subdens continuo: Subdaccamas nos, ne lancea iste cuspidè cælum pertundat. de Alexandro Seneca 1. de Benef. cap. 13. inquit: Tanquam cælum, quod mente vanissima complectebatur, teneret. Cicero 2. epist. 1. ad Attic. Principes nostri digito se cælum putant attingere. Denique Petron. in Satyric. fol. 22. Se cælum Iovis tenere arbitratus est. Plura huius furtus congestimus, Tom. 5. T. 8. à num. 20. quæ videlis.

Sicut impos mentis, qui præceptis rationalis non obedit, ita vacuus cerebro, qui insensatis aut irrationalibus præcipit. Præceptum enim hominis non se extendit nisi in creaturas rationales: igitur cum ratione gaudent, præcepta cognoscunt conformia rationi, & planè consona; utpotè actionum rationalium directiva, & directione moventia. Quæ insensibilia aut irrationalia non agunt, sed aguntur, præut ab agente moventur. Non enim hominis sunt instrumenta, quæ ad Deum tanquam ad principale agens ut instrumenta comparantur; ut ait D. Thom. 1. part. quæst. 22. art. 2. & 1. 2. quæst. 1. art. 2. Unde quæst. 93. art. 5. subdit: Ideo rebus irrationalibus homo legem imponere non potest, quantuncunque ei subijciantur: rebus autem rationalibus, sibi subiectis, potest imponere legem, in quantum suo præcepto, vel denuntiatione quacunq; imprimi menti earum quandam regulam, quæ est principium agendi. Sicut autem homo imprimi denuntians quoddam interius principium actuum homini sibi subiecto; ita etiam Deus imprimi toti nature principium propriorum actuum: & ideo per hunc modum Deus dicitur præcipere toti nature, iuxta illud: Præceptum posuit, & non præteribit. Per hanc etiam rationem omnes motus & actiones totius nature legi æternæ subdantur. Ita enim pro inclinatione naturali, usque rerum communi: ac cum extra communem rerum usum vult Deus patrare, quæ nobis videntur miracula, utitur impressione nova; quia operationes quæ contra naturæ usum, sint contra naturam: igitur præ virtute humanæ rationis, ratio divina est amplioris potestatis.

Insolentia  
& soliditas  
Xerxis.

Catull.

Valer. Max.  
Herod.

Iuvenal.

Aliorum.  
Plutarch.

Senec.  
Cicero.  
Petron.

Præcepta ho-  
minum ad  
homines tan-  
tum.

D. Thom.

Psal. 148. 6.

statis; cum de unaqueque re, præut placerit possit facere, quod ante in ea fecit ut possit. Naturali enim exemplo virtus superior exprimitur. Suae potè natura aqua deorsum dilabitur: nihilominus tamen ex impressione cælestium corporum, à qua pendet naturalis inclinatio, aqua maris non deorsum movetur, sed fluxu refluxuque vagatur: præcepto posito, directoque in aquam, ne convertatur operire terram. Ita in obedientior conditoris participant ratione divina; ut quæ motu caret habeant motum, & insensibilia siccine participant sensum. Constidende maiestatis sensum totus mundus accepit (ait Leo Pap. serm. 8. de Passion. cap. 7.) cum obscuratis luminaribus cæli, & converso in noctem die, terra quoque motibus quateretur insulitis, univèrsaque creatura impiorum usui se negaret. Aitipulatur Gregor. Magn. Homil. 10. in Evangel. ubi inquit: Omnia elementa Auctorem suum venisse testata sunt. Deum hunc cæli cognoverunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognovit, quia sub plantis eius se calcabile præbuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis suæ radios abscondit. Saxa & parietes cognoverunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus agnovit, quia bos quos tenebat mortuos reddidit.

Haud secus in alijs rebus obedientia creaturarum declaratur erga Auctorem. Videatur nihil stæphantis creatura habere robustius (ait Ambrosius lib. 6. Hexam. Ambros. cap. 6.) nibil tam ferum, quam leones vel tigrides sunt: & hæc serviunt homini, & naturam suam humanam institutione seponunt. Obliviscuntur quod nata sunt, induunt quod iubentur. Quid multa? Docentur ut parvuli, serviunt ut infirmi, verberantur ut timidi, corriguntur ut subditi: in mores transcunt nostros, quoniam motus proprios perdidit. Hoc enim homini in statu iustitiæ concessum privilegium: Deo enim naturale dominium. Quare ut clareat omnipotentia, usu suo, & supra modum & communem naturæ usum; dicitur: Qui transiit montes: qui commovet terras: de loco suo: qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo: qui facit magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Ut vides, huiusmodi insuetæ operationes in natura, Dei vocantur præcepta: igitur sicut homo in sibi subiectis imprimit præcepto principium directivum agendi; Deus toti nature supra eius inditum ordinem, imprimit principium in operationes, quas & quomodo intenderit: naturaque uti Auctoris instrumentum mota obedit; quia operari, non ut insitum, sed ut placitum Auctori placet: nec tunc operatio contra naturam cui libet enim rei naturæ; quod fuerit ille, qui est ordo totius naturæ. Ita ergo dicitur: Imperavit ventis & mari. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei: & apud Luc. 8. 25. Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? Unde respectu potentia summe capax præcepti, quod non rationis humanæ, quia in obsequium obedientia, participat Divina ratione, ut ait Angel. Doctor. loc. cit. ad 2. Pater in Iosue, qui stare fecit Solem, cap. 10. 14. & 2. Paralip. 7. 13. ubi Dominus: Si mandavero & præcepto locusta, &c.

Constat præceptum & imperium, quod quidem sæpe exprimitur cum excellentia. Quare sicut non increpando & terrendo reprimimus & comprimimus alicuius audaciam, ne vltra progrediat; ita quam in rebus insensitivis & inanimatis Deus mittit novæ impressionis in effectus speciem, signat Scriptura minas & increpationem. Nahum, 1. 4. Increpans mare & exiccans illud. Hai. 50. 2. Ecce in increpatione mea desertam faciam mare. Psal. 105. Increpuit mare Rubrum, & exiccatum est. Luc. loc. cit. vers. 24. Increpavit ventum & tempestatem aquæ. Marc. 4. 39. Comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutescet: quod per imperium factum refert Matth. loc. cit. & per prosopeum, Psal. 103. 7. Aqua ab increpatione tua fugient: à voce tonitru tui formidabunt. Genebrard. hic: Ille Dei imperio per tonitrua & similes motus demonstrato, se recipient in suum alveum, neque extrâ excurrant ad mergendam terram. Per tonitru simpliciter intelligitur præceptum: ita ut intumescat mare ad eius nutum, ut factum Iona fugientis, & quiescat altus, Apostolorum nave periclitante. Deo volente stat spiritus procellæ, & exaltantur fluctus æquoris, ut pateant mirabiles elationes maris.

Iamque omnis in astra  
Ite reditque ratis, lapsaque reciproca fluctu  
Descendit: trahit bos vertex, bos agmine toto  
Carges agit: simul in vultus micat undique terror.

Similiter quasi audacis, conantis terminos transgredi, compescit & frangat Tu domi-  
naris prout vult.

Que insensibilia & im-  
mobilia res-  
pectu Dei  
habent motum & sensum.

Leo Pap.

Greg. Mag.

Ambros.

Iob. 9. à v. 5.

Præceptum  
pro divino  
imperio.

Math. 8. à 27.

Increpare  
pro præcepto.

Genebr.

Valer. Flac.

Deus utitur  
creaturis,  
prout vult.



naris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. Psalm. 88. 10. *Ab imo.*

Idem.

Erigitur: sed fluctus adest, magnoque sub albis  
Turbine figit aquas, & tandem Numini cessit.

Igitur divina est potestatis uti ad placitum creaturis, & exercitijs oppositis. Unde Cra-  
cius in pref. Psalm. succinit:

Tu mare conturbas, conturbatumque serenas,  
Et sternis pelagi missas in sidera moles.

Lud. Cruc.

Siccine Dei est increpatio, id est præceptum cum imperio: igitur potestas Dei est. Psalm. 6. 1.

Auton.

1. 2. & quia Dei mens lex est (ut ait Auton. in Miosyll. v. 111.) cuncta perseverant extra  
communem ordinem, eius ordinationes, siquidem omnia servantur ei. Omnia servantur, & in  
contraria, ut eius clareat potentia, quæ omnibus ut naturalis ingerit, quicquid ad pla-  
citum præcipit. Plura videris apud Bagattam in Mirabilib. orbis. Ex Scriptura constat

Mei Dei  
lex qd.

Mirabilia  
divi.

dehiscens stabilis terra, Numer. 1. 6. 31. aqua solida, Matth. 2. 4. 29. ventus miraculose ul-  
tra ordinem naturæ, Numer. 11. 31. Ion. 1. 4. ignis innocuus, & deorsum descendens.  
Exod. 3. 2. Daniel. 3. 50. Genes. 19. 24. Levit. 9. 24. Iudic. 6. 2. 2. 1. Paral. 11. 26. 2. 7. 1. & 2.  
Machab. 1. 22. Virginitas materna, Isai. 7. 14. sterilitas fecunda, Genes. 2. 1. 2. Luc. 1. 24.  
ariditas germinans, Numer. 17. 8. lutum illuminans, Ioann. 9. 11. venenum fanans, 4. Reg. 20. 7.  
Isai. 38. 2. 1. fal aquas dulcorans, 4. Reg. 2. 10. fic enim alia portenta; quia Deus so-  
lus, qui facit mirabilia, & vocat ea quæ non sunt, tantquam ea quæ sunt.

Iob 9. 7.  
Actus secun-  
do pro pri-  
mo.

II In potentia expressionem, ut vidimus, dicitur à Iob: Qui præcipit Soli, & non  
oritur, &c. Hic sumitur actus secundus pro primo, sive actus pro potentia; quam regna-  
lam in Scripturæ intelligentiam sæpe signavimus. De fructu lignorum, quæ sunt in para-  
dyso, ostenditur. Genes. 3. 2. id est, posuimus vesci. Quis eum plus diligit? Luc. 7. 42. nimirum,  
diligere debet. Omnia autem quæ arguuntur. Ephes. 5. 12. hoc est, quæ debent argui. Quid  
ego vado, scitis? & vitam scitis. Ioann. 14. 4. putat potestis scire. Ita intelligitur illud Pau-  
li, 2. Cor. 5. 14. Caritas Christi arguit non existimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus  
mortuus est: ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. Quædam in hoc  
testimonio accipienda sunt in actu primo, quædam in actu secundo, ne Pauli consequens  
sit propositio contrarium: igitur prout iacet, si omnes mortui sunt, quorsum Christus  
pro omnibus mortuus est? Sensus ergo est: si unus pro omnibus mori debuit, ergo om-  
nes digni & obnoxii mori, quia mori debebant: quæ de causa, ne morentur qui de-  
bebant mori; pro omnibus mortuus est Christus. Non aliter intelligendum est illud  
Genes. 2. 17. In quocunque die comederis, morte morieris; & Osee 13. 1. Deliquit: &  
mortuus est. Haud apud Profanos devius stylus. Plutarch. 2. de Alexandr. Fortun. subdit:  
Summam potestatem exercet, & fortunam utitur rectè: scilicet, debet uti, & summam  
potestatem exercere. Ovid. 1. Metam. Fab. 9.

Te decor iste quod optas,

Ovid.

Esse vetat, votoque tua tua forma repugnat.

Ninum debet vetare, & repugnare: sicut apud Claudian. de 4. Consul. Honor. v. 267.

Claudian.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit.

Occurrat: mentemque domat respectus bonæ fidei.

Forumerius  
dicitur à po-  
tente facere.

Qd. Mentem inter voluptates fluxam, & propter velle, impunneque posse, pronam;  
frangere debet respectus honesti. Perpicuo sicine exponitur testimonium. Cum Deo sit  
summa potentia, nemo resistere potest, quia nemo ei similis, nec inquirere possit, cur  
ita faciat, eho turbetur terra & transferantur montes in cor maris. Potest enim trans-  
ferre montes, & subverttere, commovere terram, & eius columnas concutere; ut oria-  
tur, præcipere Soli, & stellas ne luceant sub signaculo claudere. Sic enim facere Deus  
dicitur, quod potest facere. Mellius Doufa hic in propositum acciit:

Ille potens celsos nutanti vertice montes  
Transiit ipse locans alio.

Ioan. Souf.

Ipse imperio tellus concussa tremisit;  
Et loca mota ruunt late, nutantque columnæ.

Cum iubet, ecce negat radios Sol luridus orbis  
Claudit: & aftra quasi proprio munita sigillo.

12 Pro ampliore intelligentia, sciendum est, in his & alijs affinis testimonijs, sæpè  
subaudiiri particulam conditionalem. Psalm. 103. 29. & 30. Auseres spiritum eorum, & de-  
ficient; emittes spiritum tuum, & creabuntur. Id est, si abstuleris, si emiseris. Psalm. 143.

5. Tange

5. Tange montes & fumigabunt. Psalm. 101. 27. Ipsi peribunt, tu autem permanes. Hoc  
est, immutabilis eris, et si celi immutentur, qui nequaquam immutabuntur: prius enim celi  
mutabuntur, quàm tu: equidem si immutabiles perirent, tu semper flares. Idem Matth. 5.  
18. & 24. 35. & apud Habac. 3. 17. Ego autem in Domino gaudebo: si edificus non floreat,  
fructus evanescat olive, sterilia sint arva, vacuaque ovilia. Sic plura, & apud Profanos  
frequentiora. Unde apud Petronium in Satyr. fol. 27. qui inops cogitare intendit magna,  
dicit: Bona mentis (si) soror est paupertas. Terent. in Adelph. Act. 1. scen. 3. v. 21. Mihi cre-  
de: hoc est, si mihi credas: Heautontim. Act. 5. scen. 4. v. 7. Vocat: Veniendum est. Reijci:  
Abundum: quod per particulam si expositum Iuvenal. Satyr. 3. à v. 101.

Rides? Maiore cachino

Concutitur: siet, si lacrymas conspexit amici,  
Nec dolet, igniculum bruma si tempore possas  
Accipit euaromidem: si dixerit, est suo, sudat.

Iuvenal.

In voluntate Dei univerfa sunt posita: constat nobis ordo concinnus univerfi;

Nonne vides, operum qui se pulcherrimus ipse  
Mundus amore ligat, nec vi connexa per ævum  
Conspirant elementa sibi: qui limite Phæbus  
Contentus medio, contentus litore Pontus,  
Et qui perpetuo terras ambitque vebitque,  
Nec premat incumbens oneri, nec cessarit aër?

Claudian.

Si Deo placerit, cuncta subvertet. Omnia deficerent vinculis elementa solutis; terra,  
cælum, univerfque machina: equidem si vult, transfert montes, terram commovet, co-  
lumnas concutit, stellas claudit, & Sol obscurabitur, si præcipit. Quæ infenibilia habent  
sensum ad illum, & immobilia motum. Præcipit Soli quondam, & itecit: haudquaquam  
oritur, si præcipisset. Quàm genuina textus expositio, constat, 2. Paralip. 7. 13. ubi: Si  
clausero cælum, & præcepero locusta, ut devoret terram. Modò ad alias præcepti acce-  
ptiones.

13 Interdum præceptum accipitur in Scriptura pro tota lege. Exurge Domine in  
præcepto quod mandasti. Psalm. 7. 8. Præceptum Domini luciam, illuminans oculos. Psalm.  
18. 9. Synecdochice unum præceptum pro omnibus, quod dicitur legis tenor, & custo-  
dia; sicut peccatum pro omni transgressione. 4. Reg. 21. 17. Thren. 1. 8. & Rom. 7. 13.  
Aliquando pro rigorosa lege, severo edicto, proposito iudicio capitali, vel gravi dam-  
no. Unde illud dicitur sub præcepto propriè, pro quo pena legis infligitur. Ita D. Thom.  
1. 2. quest. 100. art. 9. Ostendam præcepta Dei, & (pro id est) leges eius. Exod. 18. 16. solute.  
Totum comprehenditur, 3. Reg. 2. 3. Observa custodias Domini, & præcepta eius: & iu-  
dicia & testimonia, sicut scriptum est in lege. Sicine præceptum in observantiam stri-  
ctiorem legis. Verùm frequenter præceptum accipitur pro consilio directivo, non co-  
activo, uti lex est. Colliguntur plura, ut doctrina & monitiones, Proo. 3. 1-4. 10. 8.  
Saluti in Ingurt. ait: Pater meus moriens mihi præcepit. Qd. monuit, hortatus est. Apud  
Seneca. Epist. 94. Leges (inquit) ut faciamus quod oportet, non efficiunt: & quid aliud  
sunt, quàm mints mixta præcepta? Primum omnium ob hoc illa non persuadent, quia mi-  
nantur: at hæc non cogunt, sed exorant. Deinde: leges à scelere deterrant: præcepta in  
officium adhortantur. His adijce, quod leges quoque proficiunt ad bonos mores: utique,  
si non tantum imperant, sed docent. Unde epist. 105. subdit: Quæ observanda tibi sunt,  
dicam: tu sic audias censeo ista præcepta, quomodo si tibi præceperem. Ubi præcepta mo-  
nitiones in admonitionibus sunt; non proferuntur præceptorum coactione: verùm, si ma-  
ximè utilia, uti præcepta observanda. Præceptum Regis acceperant, ut non responderent.  
4. Reg. 18. 36. id est iussum, mandatum, decretum: diciturque consilium, illud præceptum,  
quia præ utilitate observatione dignum. Virg. 4. Georgic. v. 448. Deum præcepta secuti.  
v. 548. Continuo matris præcepta fecit, 1. Æneid. v. 345.

Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis  
Auderat.

Senec.

Pro man-  
dato.

Et obser-  
vantia uti-  
liatis.

Virgil.

14 Hac enim de causa præcepta dicuntur institutiones tam ad Ethica, quàm ad Po-  
litica, aut sacra, quæ dicuntur decreta: et si inter hæc & illa discrimen invenerit Seneca  
Epist. 94. cit. Stigis non habet recta decreta, quid illum admonitiones inveniunt? Hoc sci-  
licet, ut illis liberetur: non enim extincta in illo in doles naturalis est, sed obscurata & op-  
pressa. Sic quoque tentat resurgere & contra prava nititur: nacta verò præsidium, &  
adiuta præceptis, convalescit. Quid enim interest in decreta Philosophia & præcepta, nisi  
quod

Senec.

Discrimen  
decreti, &  
præcepti.



quod illa generalia praecepta sunt, hac specialia? Omnia ista monitionum genera sunt: per ista ad perfectum animi statum pervenitur. Nulla res magis animis honesta: paulatina enim descendit in peiora, & vim praeceptorum obtinet. Hinc de Augusto dicit Sueton. in eo, cap. 89. Nihil aequè fecerat quàm praecepta & exempla publicè vel privatum salubritate aequè ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercitum, provinciarumque retores, aut ad arbes magistratus, prout quique monitionis indigerent. Petron. d. fol. 85. etiam acceptationem alioit. Prudentia, bonitatiq; credere se: illum esse solum in toto orbe terrarum, qui praeceptis etiam salubribus instruere iuvenes possit. Dicitur Philosophorum, si principium virorum & politicorum inscripta fuerint animis, & in fixa altius, vicem obtinent legum inquit Plotarch. libell. Cum Princip. philosoph. Propeertius lib. 3. eleg. 9. v. 21. Vita praecepta recepi, Virgil. i. Georg. v. 176. & 5. Aeneid. v. 747.

Possum multa tibi veterum praecepta referre:  
Et Iovis imperium & chari praecepta parentis.

Hoc enim in usu accipiuntur, quae in ritus splendorem insituerat, ordinatque Davidi 1. Paral. 23. 27. & 2. 35. 15. & 44. dicitur: Iuxta praecepta David. Quo intelligitur illud: Firmaverunt filij Ionadab praeceptum patris sui, quod praeceperat eis. Hoc est, insituerat: igitur Rechab constituerat filios vinum non gustare, quod quidem observatur ut praeceptum, quia de causa signatur praecepto, quod tantum primiparentis institutio. Hac enim acceptioe Gloriosus Benedictus, cap. 4. Regul. Sancti. instituit. 60. ait: Praeceptis Abbatis in omnibus obedire: nimium ordinationibus & scitis: quandoquidem sub precepto non semper Praelati iubent: sed ut constet obedientia quam prompta; instruit, vel ordinationes observari à Monacho tanquam praecepta. Apud Ethnicos etiam insituta; praecepta dicuntur, & praescripta; quo stylo usquequaque utitur Tit. Livius in procuratorum prodigiorum, iuxta praecepta librorum Sibyllarum, quae dicebantur Sibyllina oracula; Innuit Iuvenal. Satyr. 13. v. 18.

An nihil in melius tot rerum proficis usu?  
Magna quidem sacris qua dat praecepta libellis.

15 Praecepta enim dicuntur documenta in scientiarum, seu artium consecutionem; quae signantur regulae sive principia. Praecepta & res antiquas dominus triplicitatis docet octavo domus: inquit Claud. Dariotus introduci. in Astron. cap. 13. & Senec. in Thebaida vers. 661.

Praecepta melius imperij Reges dabunt.

Id est, regulas in rectum regimen. Principia scientiarum scripta à Deo traditae Adamo à quo accepit Seth, refert Gelandinus in Hist. Arab. (videtur Kircher. Obelisk. Pamp. lib. 1. cap. 1. & Oedip. Aegypt. Tom. 2. p. 1. class. 2. cap. 1.) quare Ioseph. 1. Antiq. cap. 3. inquit Seth à patre edoctus nepotes sui similes post se reliquit, & sideralem scientiam; ac caelestium rerum cognitionem excogitaverunt. Ne autem inventa sua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent quam percognoscerentur (scientes Adamum universalem rerum interitum praecipuisse; animum incendio, diluvio alterum) excitatis duabus columnis, utriusque sua inventa scripserunt, ut si lateritiam diluvio deleri contingeret; lapidea super flex hominibus, ascendi copiam faceret, & quae scripta continebat, speculanda exhiberet. Inter scripta in his columnis Genebrard. in Chronolog. ann. 325. refert artes liberales, doctrinam de Deo & mysteria futura, de quibus inquit. a. n. 43. Iure igitur à Suida de Adamo dicitur: Huius sunt artes & litera & butus scientia rationales & non rationales, butus proprietate operationes, huius leges scriptae & non scriptae, butus inventiones artium. Quae cognoverat & praecognoverat in pellibus scripsit: quapropter in Hist. Saracenic. legitur: Hic liber primus fuit: continebat autem praecepta & traditiones in generationes futuraturas, & interpretationem literarum, pacta & statuta & promissiones, & historias mundi totius exhibebat, generationes hominum singulas & figuras eorum, cum omnibus & singulis usque ad cibos & potiones. Hunc librum traditum fuisse Noëmo, qui custos fuit fidelissimus tanti thesauri, autumat Eragubin. de Perenn. Philosoph. lib. 1. cap. 1. Ar ne quicquam floreat sine nugis, multa inania Rabbini commenti sunt. R. Moses Aegyptius, seu Ramban lib. 3. cap. 19. ita delirat: Adam primo natus est ex masculo & femina, sed honorabant eum multum, quoniam à Luna egressus, propheta & Apostolus Luna fuit, & quod predicavit gentibus, ut servirent Luna. Seth contradixit opinioni patris sui in servitio Luna: at Adam quando ingressus est de Luna, & de climate vicino India, ad climate Babylonis profecturus, multa mirabilia secum tulit: scilicet, arborem auri, qua crescebat cum ramis, & folijs: & arborem lapidam, & folia cuiusdam arboris viridis, qua non

non comburebatur ab igne: sub huius arboris umbra decem millia hominum continebantur, & altitudo arboris ad similitudinem stature humane. Attulit secum etiam duo folia, quorum utrumque duos homines cooperiebat. Apage mulum.

16 Alij Rabbini praefata dicunt praecepta; quia quaecunque pellibus, laminis vel columnis fuerunt ab hominibus notata, in firmamento stellarum characterè fuerant pridem scripta. Hinc suo modo fingunt ex figuris constellationum, elementorum alphabeti caelestis figuras (videtur Kircher. Tom. 2. Oedip. Aegypt. p. 2. class. 7.) quia legunt Genes. 1. 1. In principio creavit Deus literas & scripturam caeli. Nihil aliud est firmamentum lucide expansum quam liber fulgoribus speciosus, stellis ceu literis insignitus, habens vocis scientiam, quia continet omnia. Complicantur enim caeli sicut liber, & omnis militia illorum desluit (uti dicit Isaias 34. 4.) nescientibus ordinem caeli ad praesentium, praeteritorum ac futurorum eventus. Videt homo ignarus, & cum pra oculis habeat, dicaturque ei, Lege: responder: Nescio literas, esto conspiciat stellas. ibid. 29. 12. Unde in libello apocrypho (cuius titulus, Narratio Ioseph) dicitur, fratres ita morti proximus allocutus est: In tabuli caeli legi, qua continget vobis & filijs vestris. Huiusmodi infomnium secutus est in Arehidox. Paracels. & in occult. philosoph. Cornel. Agrippa: at pra omnibus desipuit Robert. de Fluctibus, in Apolog. cruc. rosea. In caelo inserti (ait) & impressi sunt characteres, qui non aliter ex stellarum ordinibus constentur, quam linea geometrica, & litera vulgares ex punctis, superficies ex lineis, corpus ex superficibus. Quibus verò butus/modi linguae & scripturae arcana, characterumque abditiorum cognitio à Deo concessa est (igitur ut canit ex Propheta Sedul. lib. 1. Carm. v. 66.)

Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus  
Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti.

His etiam datum erit, veras rerum naturas, mutationes, alterationes, & proprietates fidendum, omnesque alias operationes & executiones oculis, quasi illuminatis, legere, & legendo intelligere. Ita vidit & legit Iupiter, dum edicto diluvio, dixit eiusdem futurus Dijs, apud Ovid. i. Metam. fab. 7.

Esse quoque in fati reminiscitur affore tempus,  
Quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli  
Ardeat, & mundi moles operosa laborat.

Legerat etiam Sophocles in libro splendenti facalem tantae machinae egyptosum. Ita ergo succinit apud Iustin. Martyr. lib. de Monarchia:

Erit, erit enim illud saeculorum tempus,  
Cum plenum ignis thesaurum laxabit  
Ignis aether, pastusque flamma  
Omnia & terrestria & sublimia  
Comburet insaniens.

Legit Plinius proculdubio futuram conflagrationem, uti signat lib. 2. cap. 106. & lib. 7. cap. 16. legerat Stoici, uti videris apud Lips. in illorum Physilog. 2. cap. 22. Coel. Rhodig. lib. 2. cap. 21. Non solum legerunt, sed caluerunt Lucan. 1. Pharsal. à v. 72. & Lucret. 5. de Rerum. natur. à v. 95. igitur huiusmodi pyra fiet, ut hic observat Dionys. Lambinus, cum septem sidera errantia in unum ex duodecim signiferi animalibus coierint. Praclare legunt stellarum characteres: at nemo ut Postellus, qui ut sciremos quanta sciret, Commentar. in Iesira, hac auctoritate effudit & turgide: Si dixerò in caelo me vidisse in ipsis sacrae linguae characteribus (ab Eisdra priusmodi pulchre expositis) ea omnia, quae sunt in natura rerum constituta; vix ullus mihi crediderit. Ac rem tetigit. Nec ullus: non est illius nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate.

17 Ex hoc delirio tanquam ex equo Troiano exierunt tot monstra, quot sunt in Rabbiorum Cabala: de qua brevi agam: qui plura desiderat, consulat Bonfrerium Praeolog. in Script. cap. 21. à sect. 1. Leonard. Mat. Prolegom. quæst. 8. sect. 2. Maiol. Tom. 7. collog. 5. Sixt. Senesf. Biblioth. sanct. lib. 2. verb. Esaras, & lib. 3. de Elementar. exposit. Quintanilla. de Arca fæder. lib. 1. Annot. 8. à sect. 1. & denique Kircher. fuse tota class. 4. p. 1. tom. 2. Oedip. copt. ubi satiatur curiositas, clarer scripturae veritas & pallet Rabbiorum auctoritas fatuitas. Cabala est doctrina, seu notitia arcanorum in Scriptura latentium, ore duntaxat prolata: quæ dicitur Cabala, seu traditio, & Masora, seu receptio: receptio respectu dicentis, traditio respectu dicentis. Cabalam inaccessibilem altruunt Hebraei à Moysè, postque captivitate Babylonica soluta, ab Eisdra paragarant, ut ille dicit lib. 4. cap. 14. à v. 3. Dominus dixit ad me: Revelans revelatus sum super rubrum, & locutus sum Moysi, quando

Sueton.

Petron.

Virgil.

Pro ordinatione. Ierem. 35. 16.

S. Benedic.

Iuvenal.

Dariot.

Senec.

Pro regulis, seu apboris. inis. principis.

Ioseph.

Columnae scientiarum. Soid. Adam omniscient.

Liber etiar.

Rab. Maim.

Nugamenta Hebræorum, de Adamo.

Præceptum pro influxu constellationum.

Characteres stellarum.

Rob. de Fluct.

Sedul.

Delirium.

Ovid.

Sophocles.

Postelli.

Quid Cabala?

4. Edr. 14.



populus meus serviebat in *Egypto*: & misit eum, & eduxit populum meum de *Egypto*, & adduxit eum super montem *Sina*, & detinebam eum apud me diebus multis, & enarraui ei mirabilia multa, & ostendit ei temporum secreta & finem: & præcepi ei dicens: *Hac in palam facies verba*, & hæc abscondes. Hinc doctrina arcana revelata senioribus, idest, sensus allegoricus & analogicus horum quæ construebat, & populo universo dictabatur, uti post fecit Paulus, alloquentes Hebræos, à cap. 3. Astruit Hilarius in *Psalms*. 2. Nazian. 1. *Apologer*. Picus in *Apologia*, & Petr. Cunzus, de *Republ. Hebr.* cap. 8. & 9. Esdras cur in Babylone de doctrina mysteriorum cogitaret; ne varijs populi vastationibus periret, colligere decrevit, & consilium suum viris pijs, doctissimisque in lege communicavit. Moyses doctrinam secretiorem à Deo accepit, Iosue tradidit, hic senioribus, seniores prophetis, propheta viris magnæ Synagogæ, ut placet Alapide, in *Numer.* 11. 16. Magna Synagoga dicitur Synodus magna sub Artaxerxe Longimano, cui interfuerunt ( ut observat Genebr. 2. *Cronolog.* ann. 3710. ex Elia Levita, præf. 3. *Masoretib.*) Nehemias, Mardocheus, Zorobabel, Iosue filius Iosedec, Ananias, Azarias, Misael, Aggeus, Zacharias, Malachias, præfuitque Daniel, ut ait Alapide. loc. cit. In hac synodo constitutus est ordo librorum Canoniorum (qui etiam divisi per sententias, membra & versus) & simul literæ, seu alphabeti elementa mutata, auctoritate Synodi, vocataque Afsyria, seu Syro-Chaldaica, quia prisca Samaritani callabant.

18 Hinc simulatque Esdras venit in Ierusalem, incubuit in cogitata, & à viris magnis iussa; quoniam lex incensa fuit, & venturi profectio nescient, quid sub lege lateret. Iussu Dei (inquit loc. cit. à v. 23.) preparavit tabulas buxeas, ut scriberet in eis. Scripsit, seu potius quinque scriptoribus dictavit: tuncque audiit à Deo: *Priora qua scripsisti in palam pone, & legant digni & indigni: novissimos autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus*. His ergo, quæ firmatur, Cabala conruit: igitur si Cabala est traditio & receptio doctrinæ secretioris ab ore tantum susceptæ, illa doctrina scripta, & sapientibus tradita, Cabala non erit. Originem alij Rabbini non à Moysæ sed ab Adamo, non literis cognitatis, cabalisticas traditiones habere arbitrantur. Adamum cognovisse mysterium Ss. Trinitatis, asserit Epiphanius. Init. lib. 1. *contra hæreses*. etiam incarnationis & passionis filij Dei, ruinæ Angelorum habuisse noticiam claram, astruunt plures videndi apud Suar. lib. 3. de *Opere sex dier.* cap. 18. Valentiam in 1. p. disp. 7. q. 2. *punct.* 1. Vazquez, tom. 1. in 3. p. disp. 1. num. 5. Alap. in *Genes.* 2. 21. Pererium, lib. 5. in *Genes.* disp. 1. quest. 4. à num. 33. sed ne sine nugis inolitris quicquam dicant, ita Rabbini infantiunt. *Raziel Angelus magister Adam* (refert ex illis Kircher. loc. cit. cap. 2.) *commissi peccati condonationis expiationisque rationem exposuit, viam ad salutis reparationem monstravit, & Divinum Verbum per allegoriam declaravit*. Talmudista hoc allegorico verborum involucro proponunt. Deus post conditum sæculum, cælique machinam consummatam, cum ex parte Aquilonis ingens foramen reliquisset, mirati filij Dei dixerunt: *Ut quid Domine tantam in hac Aquilonari parte sceditatem relinquis? Cur non ut ceteras partes stellis ornas? Respondit Deus: Hoc foramen claudui non poterit, nisi venerit mihi equalis, & filio claudet foramen, & omnem decorem reparabit*. Hac enim & alia protoparens tradidit filijs & nepotibus, unde sumpta Cabala, seu doctrinæ Mysticæ traditio. Illustre quidem ratiocinium!

19 Mihi verosimile videtur inter seniores Hebræorum fuisse traditiones ex primis Patriarchis ante & post diluvium, inter seque locutos de pluribus mysterijs, maxime de redemptione generis per adventum Salvatoris. Constat ex die, quo gavifus est Abraham, de femine suo cognocens, Dei promissione, Christum venturum in mundum. *Ioan.* 8. 56. Addit Birgitta in *Serm. Angelic.* cap. 8. *etiam Abraba divinitus fuisse præostensum, quod una fillarum sua stirpis immaculata virgo Dei filium parturiret*. Exod. 4. 13. dicit Moyses Domino: *Mitte quem missurus es*. Iam ergo fidem habebat: siquidem præter Abrahamo promissa, ut dicitur *Luc.* 1. 55. iterat Moyses, quod dixit Iacob: *Domus veniat, qui mittendus est*. *Genes.* 49-10. Liqueat etiam ex Prologo Siracidis, ubi inquit: *Avus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, &c.* Hæ igitur videntur esse sanctæ traditiones de legis prophetarumque arcano sermone: alias, ni extra legem & prophetas libri, à Deo, non traditi à parentibus dicerentur. Roborat infra subdicit: *Postquam perveni in Ægyptum, inveni ibi libros relictos non parvos, neque contemnenda doctrine: quod quidem nequit dici de libris sacris, qui summam continent doctrinamque venerandam*. Hi libri dici poterant Cabala, seu seniorum traditiones: quippe in Rabbiorum, qui fuerunt ante Christum commentarijs, plura inveniuntur de nostræ fidei mysterijs, sub corti-

Origo.

Quæ magna Synagoga?

Cabala pro- gressiva. Ver. 45. & 46.

Adamus mysteriorum legis gratia habuit noticiam

Kircher. Nuge Rabbinorum de Cæli foramine.

Birgitt. Virgini Mariæ exstantia Abrahamo revelata.

Quæ vera Cabala?

te literæ obumbratis: imò perspicue expositiones de Mesiâ eiusque Virgine-matre; uti observant Galatin. lib. 1. *Arcanor.* cap. 3. & Burgent. in *Seratin. script.* distinct. 1. cap. 1. arbitantes traditiones seniorum, esse sacrorum librorum expositiones à quibusdam Doctoribus Hebræis serio excogitatas; & ideo dictos Iurisperitos, quia callabant, quæ intra elementa continebantur: communicabantque idoneis, inter quos manit secretæ doctrinæ acceptio, palam exposita doctrinæ communi, sub sigillo nisi inter perfectos reclusis arcanis doctrinæ mysticæ: unde Paulus cum ex Scripturis exponeret Christum Dei virtutem, Dei sapientiam, Iudæis scandalum, gentibus stultitiam subdit: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos*: idest, in eos, qui Scripturæ percallent sensus arcanos, & quibus Doctores secretò communicabant huiusmodi sensus.

Plausum & nomen Doctorum quærentes aliqui perfligatores apud vulgus, arcana Scripturæ curiosi, vel prece vel pretio, indictò silentio, incidere studebant: etenim cum illiterati audiret scientiam canctorum in scriptura contineri, & iurisperitos sibi clarescere reservare: avidè arcana illa callere cupiebant, & doctrinæ occultæ inhiabant, ut futura scientiæ, & miracula facerent: scitis igitur Cabalæ combinationibus; sicut in alphabeto cælesti constellationum & Planetarum aspectibus; nihil impossibile voto? Per Cabalam sequebant verba, nomina & literas sparsim in Scriptura collocatas, neque, dividendo, transferendo, transmutando, præponendo, aut postponendo; ut alterum ex altero efformantes, & sententias ad libitum fingentes, audientiam haerentem cerebrum, plaudentes emboliam, quasi exponeret thesaurum, vel deciperent ipsi de vanitate in idipsum. Hæc Cabala ab his seductoribus dicitur *Marcana*, quasi symbolica Theologia, in qua literæ, numerus, res, nomina, elementorum apices, puncta, lineæ, imò accentus, & forma profundissimis, scitu dignis, sacramentis repleta. Plura huius fatuitatis exempla, videris, si placet, apud Kircher. *d. Class.* 4. 5. & 7. Alia Cabala dicitur *Theomantia*, quæ divina maiestatis mysteria, emanationes, attributa, sacraque nomina (maximè decem eius præcipua nomina, quod dicitur *Septuor.* de quibus idem ibid. à cap. 9. & Leonard. Marius in *Exod.* 15. digressi. de *Dei nominib.* cap. 4.) impensè seruetur: quam quidem qui Felix nascitur, quæ non indeliberetur! Admirandis pollebit virtutibus, inauditis florebit perfectionibus, caelos penetraabit, quando & quandiu voluerit, futura cuncta cognoscet, tori naturæ imperabit, in Angelos & demones ius habebit, ac miracula perficiet. Ideo Salomone de se dicit, (delirante sic negatores) *Sapient.* 7. à v. 17. *Dedit mihi horum, quæ sunt, sapientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium & consummationem, & incedietatem temporum, & vicissitudinum permutationes, & commutationis temporum, & anni cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias circulatorum, & virtutes radicum, & quæqueque sunt absconsa & improvisa didici: omnium enim artifex docuit me sapientia*. Hinc *disputavit super lignis, à cædro quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete, & disseruit de iumentis & volucris, & piscibus, & reptilibus, & c.* Reg. 4. 33. additque Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 2. *Artem consecutus est ad utilitatem, & medicam hominum, quæ ad versus demones est efficax. Incantationes enim composuit, & conbarationum modos scriptos reliquit, quibus cedentes demones fugantur*. Modus curationis erat hic: *Admoti natiuitatis demoniaci annulo, sub cuius sigillo inclusa erat radiis Species à Salomone indicatae*. Vide quæ diximus, *Tom.* 5. T. 3. à n. 18.

Proculdubio furatus est Cabalam Orpheus, vel cælestem legere didicit in sëmamento scripturam. Ita enim scripsit lib. de *Lapillis* in proemio. à v. 43. *Scire cupit si forte, sciet quæcumque voluerit*. *Pectoribus tacitis mortales, quæque voluerit, inter se frigidunt, cæli per summa volantes*. *Infandum ut crochant cantum mortalibus ullis*. *Significantque lovis mentem, gens nuncia falli*. *Si serpentis huius noscet firmare draconis*. *Sibila, serpentumque sciet superare venena*.

Alia apponerem, sed adi, *Tom.* 3. T. 3. D. 3. n. 18. *Tom.* 4. T. 3. à n. 18. & *Tom.* 5. T. 7. n. 36. & *T.* 10. n. 43. Sed dicent, quid mirum? Ipse dicit à Moysæ: unde in *Hymn.* succiunt. *Deique manum video; verum ipsum cernere quis sit*. *Nequaquam callos nam nabibus insidat altis*. *Nemo illum nisi Chaldaeo de sanguine quidam*. *Progenitus vidit, quem calorum aurea sedes*.

1. Cor. 2. 6.

Falsa, & commentitia, imitatio

Marcana;

Theomantia

in animo  
Sicilentiæ  
lomonis tri-  
lutar, Theo-  
mantia.

Orpheus  
magis

Orph.

Legit Scip-  
turam.



Idem.

Qui, Deus ex erus sententia?

Sublimis que tenet, cuius se dextera tendit Oceani ad fines, quem de radicibus imis Concusit quæ tremunt montes, nec, ponderè quanto Immensa sint, ferre queunt, qui culmina cæli Alta colens, terris nunquam tamen ille sit absens. Ipse est principium, mediumque, & exitus idem. Præcorum nos hac docuerunt omnia voces, Quæ binis tabulis Deus olim tradidit illis.

Consule Kircher. *Class.* 3. cap. 4. Ut perfricta bambaliorum horum pateat frons; miracula facta à Moyse, tribuunt cognitioni Cabalæ Theōmanticæ; igitur ille percussit nomen *Lebova*, quod nulli alij illudusque revelatum *Exod.* 6. 3. Si alij deinde non fecerunt alia signa; haud alia de causa nisi quia, etsi nomen scirent, non rectè pronuntiabant, ut virtute rectæ prolationis miraculum fieret. Unde ut rite fieret, Deus nomen *Lebova* sculpsit in lapide, quem invenit Moyse, post Salomon: iccirco tantæ virtutis nomine, ille tot potentia fecit, hicque rerum cunctarum naturas percussit. Adi Mathiam Toring. contr. *Burgenf.* *Exod.* 3. §. *In Septim. quæst.*

Nomē Lebova quante virtutis!

Calliditas To almedi- starum.

Omnia miracula facta frugum nomine Dei in lapide scripto. Maiol.

Fantores Cabalæ.

Picus Mirand. Precepta cælorum sunt ordo naturæ.

22. Alto intuitu hæcne nebulones fixerunt, unde Thalmudistæ audaciores (ne fides ulla daretur Christi miraculis, nec ex illis crederetur Mefsias, qui facit mirabilia magna solus) commentii sunt, non aliter facta à Christo portenta, quam à Moyse & Salomone facta: equidem Christus invenit denuò lapidem illum (post utriusque obitum sub terra abconditum) in quo pridem sculptum nomen *Lebova*: quare iurè tot miris exhibitis, tot miraculis patris, non dicitur Dominus, sed *benedictus qui venit in nomine Domini*. *Plalm.* 117. 26. *Papæ* quanta sciunt! Consule *Augul.* 1. de *Consensu Evangelist.* cap. 9. *Sist.* *Senenf.* lib. 2. *Biblioth.* fol. 75. & *Galatinum lib.* 8. cap. 5. Diximus aliqui *Tom.* 5. *T.* 9. num. 24. Apud illos prevalent, nullam miraculum factum, nisi virtute huius nominis, quod quidem facile inventum per Cabalam Theōmanticam. *Hæc putant* (subdit *Maiolus*, quò sup.) *Mosen tot signa edidisse, virgam in colubrum, aquam in sanguinem vertisse: ranas, muscas, pediculos, locustas, bruchos, ignem cum grandine, vesicas & tabes Aegyptij immis- sisse, primogenitum omne ab homine usque ad pecus interemisisse, susque deducentem mare aspersisse, fontem de petra, coturnices de cælo produxisse, aquas amaras dulcorasse, fulgura & nubes per diem, columnam ignis per noctem suis premis- sisse, vocem Dei viventis ad populum de cælis devocasse, arrogantes igne, murmurantes lepra percussisse, male marentes subita frage, alios terra hiatu absortos afficisse, populum celestis cibo pavisse, serpentes placasse, venenatos curasse, numerosam turbam ab infirmitate, vestes eorum à corrosione conservasse, & hostium victricem reddidisse. Hæc miraculorum arte & Iosue stare So- lem præcepisse: Eliam ignem in adversarios de cælo devocasse, puerum mortuum vita restituisse: Daniele leonem ora perstrinxisse, tres pueros in camino æstantis incendij car- mina succinuisse. Porro hæc arte Christum tam miranda astruant sepe fecisse. O bone Deus! quæ & quanta amittimus Cabalæ nefcientia! Miseri idiotæ sumus, sed illi miserabiliores: equidem totam isthanc rotam penitentiæ sciunt, & nulla miracula faciunt. Sciunt, vel nefciant? Si nefciant, quid docent mirificæ theōmanticæ? Si sciunt, quo animo tanta virtus otiosa? Sciunt audientes esse curiosos sceleratos, qui illos nefciant esse insignes bambaliones, & nugas tendas nugas, quarum in Ethnico circa ethnica insigne invenitur exemplum apud *Lucian.* *dialog.* *Pseudomati*, seu *Alexander*. Non in cælo leguntur hæcne deliria, sed in Thalmudistarum cerebro: etenim populo duræ cervicis sufficeret esse cæli præcepta, ut nequaquam observarentisimò nec legerent. Pervetusta Hæbreis huiusmodi lepra, cuius medicina flamma, ut ostenditur, *Act.* 19. 19. *Multi ex eis, qui fuerant curiosi scelerati, con- tulerunt libros, & combusserunt.* At phenices videntur repellunt in flamma, maxime dum flant, alioquin virj docti, ut *Galatin.* 1. de *Arca. Cathol.* *verit.* *Reuchlin.* de *Verb. mirific.* *Georg.* *Vener.* in *Harmon.* & quod magis miror, *Picus Mirandolanus* (cuius scètio- nes videsis apud *Bonfrer.* *loc. cit.*) qui scripsit acerrimè in Atrologos iudicarios, & defen- dit pro vicibus arcana Cabalæ; ita ut *Conclus.* 9. auderet astruere *Nihil magis conducere in declarationem dignitatis Christi, quam Magiam & Cabalam.* Præcepta ergo quæ in cælis alris scripta sunt, nihil profectò aliud, quam ordo, regula, lex statuta, & rata, de moribus, influibus, actionibus & temporibus, quibus alia apparere influereque de beant; qui ppe constituta in signa temporum dierum & annorum. Manent stellæ in ordine suo. *Cuncti die- bus terra sementis & metis, frigus & æstas & hyems, nox & dies non requiescent.* *Genef.* 8. 22. *Itæm est ignis, aqua, aer, consules iudem & Senatores Sol, Luna, Lucifer: leges omnibus**

eadem

eadem sub uno ordine atque imperio, solstitia, æquinoctium, vergilia, Arcturus, articulus sementis, articulus plantandi: Rex etiam & princeps unus Deus, qui principium, mediam Plurarch. ac finem tenet universitatis, cuncta complens. Ita *Plurarch.* libell. de *Exilio.* & *Manil.* 1. *Manil. Astron.* cap. 2. à v. 72.

Lunaga per totidem luces mutetur, & orbis; Et natura vias servet, quas fecerat ipsa. Nectyrocinio peccet, circumque feratur Aeterna cum luce dies, quo tempora monstrat: Nunc bis, nunc illis eadem regionibus orbis Semper, & alterius vadentibus ortus ad ortus, Occasumve ortus cælum & cum Sole perevnet.

Hoc præceptum, quod non præteribunt cuncta accepterat à Deo: Qui cæli fabricator ades, qui conditor orbis, Qui maris undifonas fluctus surgente procellas Mergere vicine prohibes confinia terræ: Qui solem radiis, & Lunam cornibus implet, Inque diem ac noctem lumen metiris utrunque.

Sedul.

Canit *Sedulius*, quò dudum à v. 61. Adi etiam *Cæl. Rhodig.* lib. 10. cap. 1. *Petr. Gregor.* de *Republ.* lib. 12. cap. 5. & impugnatores *Delcium*, 4. *Disquisit.* *Mag.* cap. 2. quæst. 7. *sect.* 4. *Moure.* *sect.* 2. cap. 5. & *Ciruel. Paradoxor.* quilit.

23. Quod Cabalitz conficiunt & comminiscuntur de nomine Dei *Lebova* (quod tetragrammaton in cunctis orbis nationibus, uti exhibet *Kircher.* *graphicæ d.* *Class.* 4. c. 7.) ut se ostentent pios, vel in idiomatibus Orientis doctos, deducunt Catholici in sacratissimum nomen Iesu, virtutem intendentes characterem, queis scribitur, & negligentes à quò virtus nominis, uti dixi, *Tom.* 5. *T.* 11. D. 5. de venerabilissimo Marix nomine (quæ legeris, quia displicet acta agere) igitur nomen Iesu vel supra id quod pietas vel religio exigit operatur mira & ex opere operato. Ita altuit *Serarius* lib. 1. *Iosue*, cap. 2. quæst. 14. *Greterus* lib. 4. de *Cruce* à cap. 44. & *Marfil.* *Ficin.* in *Cratyl.* *Platon.* quasi aliquam vox posset habere virtutem, sine relatione ad Christum cuius est nomen. Unde *Serar.* pro parte affirmativa (sed negativam post cordatius amplectitur, etiam præterat impugnator *Theophil.* *Raynaud.* in *Diptych.* *Marian.* p. 1. punct. 2.) inquit: *Soni ratione virtus videtur probari ex eo quòd si allà lingua vel sono efferatur, vel eius Synonymum, nihil, aut certe non tantum efficit.* Prorsum licine infelices essemus, qui non novimus vocare *Lebova*, aut *I-suba*, aut: *I-sub.* *Olepidissima* capita! *Cum ergo dicimus & credimus esse Trinitatem* (ait *Augul.* lib. 8. de *Trinit.* cap. 5.) *novimus quid sit Trinitas, quia novimus quid sint tria; sed non hoc diligimus. An verò diligimus, quòd omnis Trinitas, vel quòd Trinitas Deus? Minimè accen- dendum ad nomina, sed ad significata, quæ quidem eadem sunt, etsi distincta orbis terra- rum idiomata; quin ex elementis huius, vel huius lingue habeant aliquam efficaciam, ut erroneè tribuit nominibus *Origenes* lib. 5. *contra Celsum*, prop. fin. *Neque enim ab homi- nibus* (inquit *initium sumserant lingue hominum, ut liquet animadvertentibus proprietates incantationum*) *considera thematis finem, ut nullius censeas auctoritatis auctoritatem) in linguis varijs, & variis accentus nominum pro diversis regionibus. Voces genuinum vim habentes in lingua quadam, si transferantur in aliam, non eandem vim obtinent. Idem repe- ritur in hominibus: hominem enim à nativitate Græco nomine illo vel illo vocatum, si ma- tato nomine in Romanum vel Aegyptium, aut cuiusvis gentis incantaveris; non erit efficax incantatio.* Profectò, ubi *Origenes* male, nemo peior. Huius propositi fatui affectus sunt *Georg.* *Vener.* in *Problem.* tom. 6. *sect.* 8. n. 296. *Reuchlin.* de *Verb. mirific.* lib. 2. & 3. *Ficin.* lib. 3. de *Vita cælest.* cap. 21. *Anton.* *Mizald.* *Memorab. centuriat.* & quod mirum (nonnunquam Doctissimum suum veneratus) *Alphonf. Mendoz.* in *Quolibet.* quæst. 10. *Scholast.* à num. 1. qui postquam nugas præf. AA. quas etiam compilavit *Kircher* in *Cabal. Saracen.* protulit, num. 2. subdit: *Si vera sunt, & certè verissima sunt.* Sed unde? Quia nominum characteres cælorum figurant imagines, & quandam cognationem cum constel- lationibus habent, uti radij rerum signatarum, cum efficacia indita à proprietate lin- guæ? Ita nugatur *Rabb. AKiba* dicens in *Cabal.* infusè: *Characteres hi sunt volentes su- perne in fundamento Sapientie, & sunt administratores spiritus & præficii ad omnia, eorumque operationes nota sunt.* Respondet *Rabb. Moyf. Maimon*, seu *Aegyptius* (de quo ceteri *Rabbini*, ut observat *Syil.* *Senenf.* 4. *Biblioth.* in fin. *A Moyse usque ad Mosen, non surrexit alter Moyse, sicut iste.*) in *Ductor.* *dubitant.* cap. 71. ita inquit. *Mendaces &**

Soni nomi- nis Iesu nu- liti virtutis

Augul.

Nec ullum nomen, aut vox.

Origen.

Alphonf. Mendoz. Nihil ha- bent cum characteri- bus cæli, Rabb. AKib

Rab. Maim.

Sul.